

Et altissimos montes supergressis sola ipsa supernatans ferebat-
 tur in sublime. Audis litteram, audi mysticam intelligentiam.
 Arca est Virgo Maria, per quam a peccati naufragio totum
 genus humanum a damnationis aeternae diluvio liberatum est.
 Quamvis igitur Sancti Patriarcha, Prophetæ, Apostoli, tam-
 quam montes excelsi virtute, & sanctitate vitæ, obruti sint aquis,
 & inundatione peccati originalis; ipsa tamen Arca nostra uni-
 versos montes istos supergressa ferebatur etiam in ipso Conceptionis
 initio in sublime paritatis, nec est immersa huic voragini sor-
 dis originalis. Quare de ipsa non absurde dicitur, Multæ filiae
 congregaverunt divitias, id est anime fideles in adoptionem filia-
 tionis Dei per gratiam assumptæ præclaras virtutum divitias
 sibi coacerarunt: tu supergressa es universas; quia cum sis
 omnibus virtutum ornamentis cumulata, immunitatem in se-
 per originalis contagionis in Conceptu habuisti, a qua ceteræ
 non sunt exemptæ. Magnum inest pondus in his testimoniis
 ad traditionem de immunitate Deiparæ comprobandam.
 Quorsum enim hujus operis auctor tam sæpe, tam constan-
 tibus verbis eam litteris consignasset, nisi rem exploratam
 ex Ecclesiæ consensu didicisset? Quod si vera non dixit, cur
 in magna scriptorum copia eum nemo refellit? Cur sæculo
 septimo, aut nono nullus Episcopus, aut Theologus opinio-
 nem novam, neque Ecclesiæ diu ante perspectam confuta-
 vit? Quam opinionem nuperus auctor, etiam doctrina, & sancti-
 tate celeberrimus, tam licenter, ac libere inexistisset. Quod
 si nemo, qui repugnaret, inventus est; illud efficitur, in
 veteri Ecclesiâ persuasionem fuisse de Mariæ immunitate:
 quam proinde secutus vel Ildephonus, vel Paschasius Rad-
 bertus, talia scribere non dubitavit. Sed & ipse Ildephon-
 sus in Serm. de S. Maria, quem alii Maximo Taurinensi tri-
 buunt, Hoc operante, inquit, Providentia Divina, ex radi-
 ce viciata sine vitio produit virga, quæ intelligitur beatissima
 Virgo Maria.

S. Fulbertus Carnotensis Episcopus Oratione de Ortu
 Virginis: Quanta putamus provisio fuerit Sanctarum Angelo-
 rum